

Jahre seines Absterbens Ao. 973. hat er die Güther in vorbesagten  
**Tabergau** / welche Graf Eberhard daselbsten in **Ollingen** / wie auch  
 in **Boldeshusen** besessen / an das **Stift** übergeben / (m) dergleichen  
 auch

*prapotentii Barvariorum Domine quadam loca in proprietatem traderemus, cujus interventui incongruum ducentes refragari, liberalissima benignitate petitiones & executi sumus, eidem ergo prefata Domina Juditha tradidimus quadam loca, sibi in proprium jus retinenda, suisq; posteris hereditario more relinquenda, vel quicquid sibi de his placuerit faciendum, sita in Orientali Francia, in pago Tubergowe, in comitatu Gerungi, Sanderenhof, Baldolvesheim nuncupata, cum omnibus illuc pertinentibus, cum cultilibus, agris, mancipiis, adificiis, sylvis, vineis, aquis, territoriis, pascuis, omniq; usu, & ut hac traditio à fidelibus nostris per succedentia tempora verius credatur, à nobis esse peracta, hanc cartam jussu nostro exinde conscriptam, nostra propria manu subnotatum, & annuli nostri impressione sigillari jussimus.*

Signum invictissimi Regis Domini Ottonis.



Luitolfus Cancellarius ad vicem Archicapellani recognovit.

*Data III. Id. Febr. Anno Dom, Inc. LX. DCCCC. Ind. IV. Anno regni Ottonis piissimi Regis XXVI. Actum Ratisbona, in Dei nomine feliciter, Amen.*

(m) *In nomine sancte & individue Trinitatis Amen. Otto divina clementia & providentia imperator Augustus. Quia nos ob interventum dilectissime conjugis nostre Adelheide pradium quoddam Boldeshuson vocabulo, quondam Eberhardi Comitum dum vixit proprium, & insuper quantum ipse Eberhardus in Ollingu tenuisse perhibetur in comitatu Gerungi Comitatu Tabergowe nuncupatum, Gerbyrgæ Cantheresheimensi Abbatissa neptiq; nostra imperiali nostra potentia in proprietatis usum concessimus, cum utriusq; sexus mancipiis, adificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, aquarumve decursibus, exitibus & redditibus, questis & acquirendis, & cum omnibus eorundem legalibus justisq; pertinentiis tali videlicet rationis tenore,*